

ceremonias ejus, quae in lege praecipita sunt. Adde, quod apertius de more constet, inaugurationem Joasi Regis, quae extat 4. Reg. 11. 12. Produxitque Joiada Sacerdos filium Regis, & posuit super eum diadema, & testimonium. Quid sit autem testimonium, Hebraice geduth, constat ex 2. Paral. 23. 11. ubi eadem Joasi coronatio reperitur: Et imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntque in manus ejus tenendam legem. Et certe S. Hieronymus vocem illam testimonium sic intellexit in Tradit. Hebraicis: Testimonium, Phylacteria, eod quod in illis decem verba legis essent. Atque in eodem sensu vocem interpretati sunt ad locum citatum ex 4. Regum Rabanus, Angelomus, Hugo, Anselmus Laudunensis, Lyra, Abulensis, Caietanus, Sa, & alii; licet alia meditentur Hebraizantes Juniores. Porro, ut ad causam redeam, inaugurando Regi divina lex, ab ipso sibi diligentissime descripta, tradebatur, ut qui se prelatum populo videret regendo, ipse se regendum divinis legibus subdi debere meminisset. Verba sunt S. Bedae in libro 30. Quaestionum in lib. Regum q. 19. 1411 Neque longè abest Ecclesiae Graecae consuetudo illa, cuius meminit S. Chrysof. in Homil. de Vestibus Sacerdot. Et ex eo Photius Codice 277. Bibliotheca. Absoluta, inquit, auctoritas, neque cujusquam subiecta imperio, intolerabilis est, & difficilis: ideo in lege gratia qui Pontifices Maximi sunt, Evangelium in capite recipiunt, ut electus intelligat, quod veram Evangelii thiam accipiat, & tamen aliorum caput constituatur, legibus tamen eisdem subiciatur: & aliis imperanti lex imperet. Pervasit ad Latinas aliquas Ecclesias eadem consuetudo, qua auctorandi Episcopi capiti novum testamentum, lex nempe Evangelica imponebatur: cuius meminere Alcuinus lib. de divinis officiis cap. 33. & Amalarius lib. 2. de iisdem Ecclesiasticis officiis cap. 14. nisi quod illam recentiore putarunt, cum tamen ab Heroicis Doctorum temporibus receptam fuisse constat ex Chrysof. ludento testimonio nuperim dato. Nimirum prudentissime utriusque Ecclesiae, Israeliticae, & Evangelicae legislatores, dum in illa Reges legem manibus tenentes inaugurarent: in hac Episcopos Evangelium capiti imponentes crearent, sacris his ritibus significarunt, eos, qui alius imperaturi essent minime id ex aequo, & bono facturos, nisi divinis ipsi legibus obtemperarent: securissime enim imperat qui perfectissime obedit. 1412 Sic de Evangelica Ecclesia, aut de B. Virgine antè dicebat Psalmus Pf. 44. 10. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Ex Hebraeo, & Graeco (ut supra adstruxi) lectissime verti potest: Prompta, & expedita exitit ad obediendum, ad ministrandum. Unde Rufinus Aquileiensis explicat: Astitit Regina à dextris tuis parata servire. Chaldea Paraphrasis transfert: Stabit liber legis in latere dextera. Etenim & Regina praedicatur, & ejus obsequium, & obedientia commendatur. Ut aequissimam, ut imperio utilissimam & commodissimam futuram fuisse Reginam, praediceret Psaltes, ipsam vaticinatur obsequenissimam. Astitit, ministravit, obediit Regina. Non prius illa regnum inivit, quam subivit; non prius imperavit, quam paravit: ut tantae Reginae exemplo Praepositi erudiantur, & ad obedientiam informantur.

1413 Consonat Isaias cap. 62. vers. 3. & 4. Isai. 62. 3. ubi Ecclesiam praedici. sublimi regni diademate à Deo coronandam, quando novo nomine indito divinitus cognominaretur Hebsiba, id est, voluntas mea in ea. Sic ille. Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit. Et erit corona gloriae in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Multi multa hic meditantur, atque hac corona ipsum Deum redimitum explicant. Non damno: sed neque me dammandum ab illis arbitror, si diversa promam. Etenim Christiana Ecclesia & Regina est coronata, & sicut corona, quia nobiliori sui parte coronatur, Apostolis nempe, virisque Apostolicis Apoc. 12. 1. Igitur Dominus Ecclesiae coronam manu tenet, illustriores ejus filios pretiosissimis virtutum gemmis exornat, quasi regum diadema, quo Sponsam Ecclesiam, felicissimam Reginam coronet. Subtextit deinde Isaias: Non vocaberis ultra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata, sed vocaberis voluntas mea in ea. Postrema haec verba variè enodantur. Alii enim activè accipiunt, quasi ea Deus in oratione, voluntas mea in ea, significetur, suam erga Ecclesiam benevolentiam magnis operibus testaturus. Ab aliis passivè accipiuntur, ut asserat Vates, voluntatem Dei in Ecclesia semper extitutam, quia ipsa divinae voluntati in omnibus esset obsecutura. Ego indifferenter orationem ad utrumque refero, atque prophetiam sententiam ex utroque compleo, maxime cum alterum alteri connexum esse videam, ut quae voluntati Dei obtemperavit, Deo chara evasura fuerit praedicta. Sed de hoc aliàs. Illud unum agebam, ut regiam Ecclesiae gloriam, summumque regni diadema huic obedientiae devinctum esse ostenderem ex Isai dicente, & coronandam sublimi diademate orthodoxam Ecclesiam, & magnifico titulo nuncupandam Hebsiba, id est, voluntas mea in ea. Certè utrumque Vates moralissime adsociavit, & regnum, & obsequium: ut Principes erudiat, non bene imperatores, si vel uni bene parere nesciant. Sciant obedire, ut fortunatè imperent. 1414 Huc etiam revocaverim illa Zachariae verba c. 9. 16. Lapidés sancti elevabuntur super terram. Pro sancti, est Hebraicè nezzer quod coronam significat, seu diadema: lapides corona, seu diadematis. Pro elevabuntur, verti potest, ut multi vertunt, volentur. Etenim lapides corona appellantur; hic Apostoli, mystagogi, & Ecclesiae Principes adducti à Christo in honorem illum, quem pretiosi lapides habere solent in Regio diademate. Ut verò ad illum regni culmen evehantur, volubiles esse debent, agiles, ac celeres in Dei obsequio; nec prius principandi potestate fruantur, quam sint obedientiae intellissimi, & ad alterius voluntatem volvantur. Sicut lapides rotundi (ait ibi Rupertus) faciliè volvi possunt, & citius moventur secundum voluntatem ejus, qui uspiam illos ducere vult; ita illi Salvatoris imperium sequuntur, & per obedientiae benevolentiam semper volubiles, & ad iussa peragenda currentes.

SECTIO XIV.

Ubi alta pax floret, ibi divina Christi potestas, & Regia splendet majestas.

1415 Hoc illud est, quod de se testatur Incarnata Sapiencia: Et in Jerusalem potestas

potestas mea, seu regalis majestas mea. Nam Jerusalem visionem pacis sonat: ut fert communis Doctorum existimatio, quos videtis apud Pinedam nostrum in c. 1. Ecclesiasticae vers. 1. numero suo 66. Aliunde thesim illustremus. Isaias 11. 6. sic de Christo Domino gloriose praedixit: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hodo accubabit; vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur, & Puer parvulus minabit eos. Adagialis locutio est, qua ostenditur pax alta, & summa in una fide, & Ecclesia consensio. Puer verò tenellus, qui feros alioquin homines suo erat moderaturus arbitratu, & imperio, Christus est, ejusque imitatores, & vicarii. Ut autem divina Christi potestas, regiaque majestas tunc nimpere splendere intelligantur, cum pax floret Evangelica, subtextit Vates: Radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum ejus gloriosum. Christum radicem appellat, id est, virgam seu stirpem ex stirpe Davidis Regia succrescentem, ut regiam illius potestatem eleganter exprimat. Unde rectè S. Basilus in ea verba: Radix Jesse quidem, quod ex legitima serie regia successione Deifera caro assumpta sit. Pro illis, qui stat in signum populorum, LXX. Interpretes vertunt: Et quae confurgit ut princeps sit gentium. Paulus ad Rom. 15. 12. Qui exurgeret regere gentes. Vel ex Hebraeo; imperare gentibus. Vides eò spectare Christi adventum, ut divina ejus potestas, regiaque majestas planè, ac plenè ostendatur? Expende modo, quomodo & quam gloriose resplenduerit. Et erit sepulchrum ejus gloriosum. Ex Hebraeo cum Forerio legi potest: Et erit, Regia ejus, vel palatium ejus gloriosum: aut etiam donarium ejus (quod scilicet ei afferent gentes) gloriosum. Vatabilis haud malè: Erat regnum ejus tranquillum, & gloriosum. Ecce unde Christi potestas usque adeo resplendens; ecce unde regia ejus majestas confirmata, longè lateque diffusis; à tranquillitate, ab alta inter fideles pace florente. Floreat in Ecclesia pax Christiana, floreat vocum, & animorum consensus; nullus erit, qui Christum Regem non agnoscat: supremum; supremos ei deferent nationes universae honores. Certè fidelium diffidens perversitas, regiam Christi majestatem obscurat, quae non nisi per Christianorum pacem entitè atque in lucem protrahit, clara toto orbe & illustris sit. Palatium est Ecclesia, domus ampla est, in qua regia Christi majestas magnificè ostenditur. Domum autem Dei, fideles non faciunt, nisi quando charitate compaginantur, ut inquit Sanctus August. to. 10. Ser. 9. in Annivers. Ecclesiae; subditque: Ligata ista, & lapides si non sibi certo ordine cohererent, nemo huc intraret. 1416 Pf. 71. 7. sic David de Christo Domino praecinebat: Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Hebraicè pro orietur, est, germinabit, florebunt copiosa pax, donec non sit luna, id est, perpetuò usque ad mundi consummationem, quando luna in statum perfectiorem reducenda erit. Et pacis ubertatem, & perpetuitatem in Evangelica Ecclesia antedicit. Et verò quid subinde Dilucide ostendit è vestigio. Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum, &c. Et adorabunt eum omnes Reges terrae, omnes gentes servient ei. De Christi imperio quoquo versus adultimas terrarum oras latissime diffuso, & non alius quam totius P. Uleph. de Flores in Eccles.

orbis limitibus contento; nec non de incredibili Christianorum proventu, qui corporati Verbi regiam, ac planè divinam majestatem reverentur, vaticinatio est. Nec mirum, cum hoc Dominici imperii incrementum nactum fuerit, pro alylo, pro fundamento, tantam illam Evangelicae pacis ubertatem, & perpetuitatem. Etenim quò plus germinabat, & florebat in Christiana republica pax, eò plus crescebat Christianorum numerus, & enitescerebat regia Christi majestas; excrevit haec in immensum, illà similiter excreverunt. Consonat fatidico Regi Zacharias cap. 9. 10. Christi personam agens: Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Jerusalem, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus. Ecquid sub hac alta pace per Evangelium stabilita? Exprimit continenter: Et potestas ejus à mari usque ad mare, & à fluminibus usque ad fines terrae. Ad omnes igitur mundi plagas Christi regnum sese diffundet, supremam ejus majestatem agnoscent, & adorabunt omnes terrae nationes; si bella ex Christianorum societate depellantur, si pax alta affulgeat, quam status adducit Evangelicus. Huc etiam spectat Isaias c. 2. à v. 1. ad 5. 1417 Aptam personam fuisse Aaronem, qui Christum Dominum repraesentaret, communis existimatio est, eorum praesertim, qui Pontificis ornamentis, tanquam supremum Antifitem, gloriose indutum ob oculos sibi proponunt. Est hic quod consideremus de lamina, seu corona aurea, Sacerdotalis capitis ornamentum. Exod. 28. 36. Facies & laminam de auro purissimo in qua sculpsit opere calatoris, Sanctum Domino. Haec lamina corona appellatur à nostro Siracide cap. 45. 14. Corona aurea super mirram ejus expressa signo sanctitatis, & gloria honoris, opus virtutis, id est, gloriae, majestatis, potestatis, & auctoritatis regiae, & sacerdotalis. Diadema similiter nominatur Sapient. 18. 24. Et quidem hoc ornamentum nezzer Hebraicè dictum, id est, corona, diadema. Portendebat indubiè supremum Christi imperium, regiam majestatem, & potestatem, in omnes creaturas, ut Rupertus observat lib. 4. in Exod. cap. 23. Lamina aurea fronti imminens, corona est gloria, & honoris in capite Redemptoris. Gloria, inquit, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus ejus. Expende modò ubi haec regalis Christi majestas magnificè enitescat. Certè ubi multa dantur Evangelicae pacis, & concordiae insignia; in vestimentis nempe Sacerdotalibus; tunica praesertim hyacinthina, è cujus limbo appensa conspiciebantur septuaginta duo malogranata, & totidem aurea tintinnabula alternatim immixta: Exod. 28. 33. Ut enim S. Prosper p. 2. cap. 3. meditat, per mala punica omnis Ecclesia per mundum connexos, ut grana intrinsecus, continens populos in vinculo pacis, bellissime designatur. Sonore autem illo, quem aurea tintinnabula simul edebant, omnium elementorum inter se consonantiam designari, putabat Philo Hebraeus lib. 3. de vita Moysis. Sed melius noster Alcazar in cap. 2. Cantico-rum in Adnotatione de malogranatis, adumbrari existimat summum fidelium consensum, & Christianae pacis harmoniam, quam inter se colebant diligentissime Christiani primitivi, quorum erat cor unum, & anima una. Act. 4. 32. Hac igitur alta pace in Ecclesia florebat, & resonante, mirum in modum entituit divina Christi potestas, regiaque majestas; subiecta omnia sub

4. Reg. 11. 12. Produxitque Joiada Sacerdos filium Regis, & posuit super eum diadema, & testimonium. Quid sit autem testimonium, Hebraice geduth, constat ex 2. Paral. 23. 11. ubi eadem Joasi coronatio reperitur: Et imposuerunt ei diadema, & testimonium, dederuntque in manus ejus tenendam legem. Et certe S. Hieronymus vocem illam testimonium sic intellexit in Tradit. Hebraicis: Testimonium, Phylacteria, eod quod in illis decem verba legis essent. Atque in eodem sensu vocem interpretati sunt ad locum citatum ex 4. Regum Rabanus, Angelomus, Hugo, Anselmus Laudunensis, Lyra, Abulensis, Caietanus, Sa, & alii; licet alia meditentur Hebraizantes Juniores. Porro, ut ad causam redeam, inaugurando Regi divina lex, ab ipso sibi diligentissime descripta, tradebatur, ut qui se prelatum populo videret regendo, ipse se regendum divinis legibus subdi debere meminisset. Verba sunt S. Bedae in libro 30. Quaestionum in lib. Regum q. 19. 1411 Neque longè abest Ecclesiae Graecae consuetudo illa, cuius meminit S. Chrysof. in Homil. de Vestibus Sacerdot. Et ex eo Photius Codice 277. Bibliotheca. Absoluta, inquit, auctoritas, neque cujusquam subiecta imperio, intolerabilis est, & difficilis: ideo in lege gratia qui Pontifices Maximi sunt, Evangelium in capite recipiunt, ut electus intelligat, quod veram Evangelii thiam accipiat, & tamen aliorum caput constituatur, legibus tamen eisdem subiciatur: & aliis imperanti lex imperet. Pervasit ad Latinas aliquas Ecclesias eadem consuetudo, qua auctorandi Episcopi capiti novum testamentum, lex nempe Evangelica imponebatur: cuius meminere Alcuinus lib. de divinis officiis cap. 33. & Amalarius lib. 2. de iisdem Ecclesiasticis officiis cap. 14. nisi quod illam recentiore putarunt, cum tamen ab Heroicis Doctorum temporibus receptam fuisse constat ex Chrysof. ludento testimonio nuperim dato. Nimirum prudentissime utriusque Ecclesiae, Israeliticae, & Evangelicae legislatores, dum in illa Reges legem manibus tenentes inaugurarent: in hac Episcopos Evangelium capiti imponentes crearent, sacris his ritibus significarunt, eos, qui alius imperaturi essent minime id ex aequo, & bono facturos, nisi divinis ipsi legibus obtemperarent: securissime enim imperat qui perfectissime obedit. 1412 Sic de Evangelica Ecclesia, aut de B. Virgine antè dicebat Psalmus Pf. 44. 10. Astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Ex Hebraeo, & Graeco (ut supra adstruxi) lectissime verti potest: Prompta, & expedita exitit ad obediendum, ad ministrandum. Unde Rufinus Aquileiensis explicat: Astitit Regina à dextris tuis parata servire. Chaldea Paraphrasis transfert: Stabit liber legis in latere dextera. Etenim & Regina praedicatur, & ejus obsequium, & obedientia commendatur. Ut aequissimam, ut imperio utilissimam & commodissimam futuram fuisse Reginam, praediceret Psaltes, ipsam vaticinatur obsequenissimam. Astitit, ministravit, obediit Regina. Non prius illa regnum inivit, quam subivit; non prius imperavit, quam paravit: ut tantae Reginae exemplo Praepositi erudiantur, & ad obedientiam informantur.

Jerusalem, id est, visio pacis. Isai. 11. 6. sic de Christo Domino gloriose praedixit: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hodo accubabit; vitulus, & leo, & ovis simul morabuntur, & Puer parvulus minabit eos. Adagialis locutio est, qua ostenditur pax alta, & summa in una fide, & Ecclesia consensio. Puer verò tenellus, qui feros alioquin homines suo erat moderaturus arbitratu, & imperio, Christus est, ejusque imitatores, & vicarii. Ut autem divina Christi potestas, regiaque majestas tunc nimpere splendere intelligantur, cum pax floret Evangelica, subtextit Vates: Radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum ejus gloriosum. Christum radicem appellat, id est, virgam seu stirpem ex stirpe Davidis Regia succrescentem, ut regiam illius potestatem eleganter exprimat. Unde rectè S. Basilus in ea verba: Radix Jesse quidem, quod ex legitima serie regia successione Deifera caro assumpta sit. Pro illis, qui stat in signum populorum, LXX. Interpretes vertunt: Et quae confurgit ut princeps sit gentium. Paulus ad Rom. 15. 12. Qui exurgeret regere gentes. Vel ex Hebraeo; imperare gentibus. Vides eò spectare Christi adventum, ut divina ejus potestas, regiaque majestas planè, ac plenè ostendatur? Expende modo, quomodo & quam gloriose resplenduerit. Et erit sepulchrum ejus gloriosum. Ex Hebraeo cum Forerio legi potest: Et erit, Regia ejus, vel palatium ejus gloriosum: aut etiam donarium ejus (quod scilicet ei afferent gentes) gloriosum. Vatabilis haud malè: Erat regnum ejus tranquillum, & gloriosum. Ecce unde Christi potestas usque adeo resplendens; ecce unde regia ejus majestas confirmata, longè lateque diffusis; à tranquillitate, ab alta inter fideles pace florente. Floreat in Ecclesia pax Christiana, floreat vocum, & animorum consensus; nullus erit, qui Christum Regem non agnoscat: supremum; supremos ei deferent nationes universae honores. Certè fidelium diffidens perversitas, regiam Christi majestatem obscurat, quae non nisi per Christianorum pacem entitè atque in lucem protrahit, clara toto orbe & illustris sit. Palatium est Ecclesia, domus ampla est, in qua regia Christi majestas magnificè ostenditur. Domum autem Dei, fideles non faciunt, nisi quando charitate compaginantur, ut inquit Sanctus August. to. 10. Ser. 9. in Annivers. Ecclesiae; subditque: Ligata ista, & lapides si non sibi certo ordine cohererent, nemo huc intraret. 1416 Pf. 71. 7. sic David de Christo Domino praecinebat: Orietur in diebus ejus justitia, & abundantia pacis, donec auferatur Luna. Hebraicè pro orietur, est, germinabit, florebunt copiosa pax, donec non sit luna, id est, perpetuò usque ad mundi consummationem, quando luna in statum perfectiorem reducenda erit. Et pacis ubertatem, & perpetuitatem in Evangelica Ecclesia antedicit. Et verò quid subinde Dilucide ostendit è vestigio. Et dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum, &c. Et adorabunt eum omnes Reges terrae, omnes gentes servient ei. De Christi imperio quoquo versus adultimas terrarum oras latissime diffuso, & non alius quam totius P. Uleph. de Flores in Eccles.

Zacha. 9. 10. Christi personam agens: Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Jerusalem, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacem gentibus. Ecquid sub hac alta pace per Evangelium stabilita? Exprimit continenter: Et potestas ejus à mari usque ad mare, & à fluminibus usque ad fines terrae. Ad omnes igitur mundi plagas Christi regnum sese diffundet, supremam ejus majestatem agnoscent, & adorabunt omnes terrae nationes; si bella ex Christianorum societate depellantur, si pax alta affulgeat, quam status adducit Evangelicus. Huc etiam spectat Isaias c. 2. à v. 1. ad 5. 1417 Aptam personam fuisse Aaronem, qui Christum Dominum repraesentaret, communis existimatio est, eorum praesertim, qui Pontificis ornamentis, tanquam supremum Antifitem, gloriose indutum ob oculos sibi proponunt. Est hic quod consideremus de lamina, seu corona aurea, Sacerdotalis capitis ornamentum. Exod. 28. 36. Facies & laminam de auro purissimo in qua sculpsit opere calatoris, Sanctum Domino. Haec lamina corona appellatur à nostro Siracide cap. 45. 14. Corona aurea super mirram ejus expressa signo sanctitatis, & gloria honoris, opus virtutis, id est, gloriae, majestatis, potestatis, & auctoritatis regiae, & sacerdotalis. Diadema similiter nominatur Sapient. 18. 24. Et quidem hoc ornamentum nezzer Hebraicè dictum, id est, corona, diadema. Portendebat indubiè supremum Christi imperium, regiam majestatem, & potestatem, in omnes creaturas, ut Rupertus observat lib. 4. in Exod. cap. 23. Lamina aurea fronti imminens, corona est gloria, & honoris in capite Redemptoris. Gloria, inquit, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus ejus. Expende modò ubi haec regalis Christi majestas magnificè enitescat. Certè ubi multa dantur Evangelicae pacis, & concordiae insignia; in vestimentis nempe Sacerdotalibus; tunica praesertim hyacinthina, è cujus limbo appensa conspiciebantur septuaginta duo malogranata, & totidem aurea tintinnabula alternatim immixta: Exod. 28. 33. Ut enim S. Prosper p. 2. cap. 3. meditat, per mala punica omnis Ecclesia per mundum connexos, ut grana intrinsecus, continens populos in vinculo pacis, bellissime designatur. Sonore autem illo, quem aurea tintinnabula simul edebant, omnium elementorum inter se consonantiam designari, putabat Philo Hebraeus lib. 3. de vita Moysis. Sed melius noster Alcazar in cap. 2. Cantico-rum in Adnotatione de malogranatis, adumbrari existimat summum fidelium consensum, & Christianae pacis harmoniam, quam inter se colebant diligentissime Christiani primitivi, quorum erat cor unum, & anima una. Act. 4. 32. Hac igitur alta pace in Ecclesia florebat, & resonante, mirum in modum entituit divina Christi potestas, regiaque majestas; subiecta omnia sub

pedibus ejus, omnes nationes Christum Regem veneratae, omnes sponte se illi subdiderunt.

1418 Huc revocaverim currum illum gloriae Dei tam splendide Ezechielis oculis obiectum cap. 1. Illius pavementum crystallinum erat, inter quatuor rotas locatum, de quibus: Et una similitudo ipsarum quatuor, quasi rota in medio rotae. Currum comitabantur mystica quatuor animalia, quae iformia sanè, ita ut unumquodque in uno tantum humano capite humanam faciem; ad hujus dexteram vultum leoninum, ad sinistram vitulinum, superne denique aquilinum haberet. Quatuor facies uni. Unus atque idem spiritus animabat, & impellebat intus tum animalia, tum rotas, animalibus inter se & cum totis consentientibus, sive ad incessum, sive ad quietem. Ac demum, throno sapphirino, regio, splendido, & vario, quod supra pavementum erat locatum, simulachrum quoddam viri Principis, magnifice Imperatoris currum moderantis visibatur ex electo, & igne conflatum. Quid, quæso, mole hac hieroglyphica, quid isto schemate aptius ad summum animorum consensum pacem, concordiam, & conspirationem inter Ecclesiae fideles significandam? Et quid aliud potuit excogitari sublimius ad divinam Christi potestatem, & regiam majestatem designandam, quæ, alia pace florente, emicat, & illucet universis?

1419 Etenim, rotæ præ se miram ferunt concordiam, cum una uni esset infera: miram item cum animalibus consensionem, cum uno atque eodem vitali spiritu animarentur, quasi & rotis, & animalibus inesset cor unum, atque anima una. Unde nullum inter rotas, & animalia in motu temperando dissidium. Ut enim Amos cap. 3. 3. Numquid ambulabunt

In curru Ezechielis Christus regnavit inter summam animorum concordiam.

Rota unifornis & univocans.

Amos 3. 3. duo pariter, nisi convenerit eis? Si verò seorsim singula animalia contempleris, sibi usque adeo similia, ut uno in corpore quatuor haberent quatuor animalium formas, hominis, leonis, bovis & aquilæ; nonne monstruoso hoc spectro eleganter expressum cernis quod de Evangelii pace vacillabatur Isaia cap. 11. 6.

Habitabit lupus cum agno. Vitulus, & leo & ovis simul morabuntur? Porro id alta pax, & summa animorum, studiosiorumque consensio præstare potuit, quod natura nequit hominum studis, atque animis, adinstar belluarum, inter se dissidentium. Verè proinde Rex Pfaltes Pf. 67. 11. de Christiana republica cum intuitu ad hæc animalia: Animalia tua habitabunt in ea. Ex Hebræo veritas cum Vaablo, Clario, Pagnino, Caietano & aliis, congregatio, cætus, societas tua habitabunt in ea, Per concordiam mali unus sunt, & unus pro multis est. Per concordiam mali unus sunt, & unus pro multis est. S. Chrysof.

Ecce tibi currum gloriae Dei, totum alta ex pace, & animorum concordia divinitus conflatum. Christi summi Regis erat simulachrum, quod regio insidens throno ibi spectabatur, juxta multorum Patrum existimationem. Suprema ibi JESU majestas emicabat, resurgebat, ignem spargebat, & faces, flammæ longè lateque ejaculabatur. Verè Evangelica pax currus gloriae Dei, id est, notitia clara cum laude, regæ Christi potestati per omnes mundi plagas manifestandæ & adorandæ comparatus. Pace hac, quasi augustissimâ quadrigâ, toto venit orbem.

Verf. XVI. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius; & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

ARGUMENTUM.

Requies perpetua, & gloriosa in orthodoxa Ecclesia, Hispaniensi in primis.

1420 Stabile domicilium, requiem perpetuè opulentam, sibi avidè exquirebant JESUS, & MARIA populum nempe, cui sese maximopere insinuantes maxima darent amoris argumenta. Ejusmodi planè reperta minimè est Gens illa Israelitides. Quid ergo? Inventa demum Christiana Gens, Ecclesia orthodoxa, repudiato Iudaismo. In ea (quod felix, frustumque est) altas agunt radices Christus, & Deipara; potissimum in hujus Gentis parte illustrissima, Hispaniensi nimirum; quæ & Filii, & Matris gloriae augustè tuendæ, & studiosè amplificandæ, vel ab ipsis nascentis Evangelicæ lucis primordiis, mancipatur gloriosissimè.

TEXTUS ENODATIO.

1421 Tigrina sic præjacta verba effert: In illustri populo sum radicata, & in ea, quæ Domino cesserat, possessione. Pagninus; Pagninus; In populo gloria illustri sum radicata. Syrus; Syrus; Educata fui in populo honorificato, in parte Domini. Joannes Drusus: Et radices egi in populo honorato, in parte Domini, in parte hæreditatis ejus. Joachimus Camerarius: Radices meæ in populo glorioso, qui hæreditas Domini est. Et quidem Græca exemplaria correctiora ita legunt in populo glorioso, qui hæreditas Domini est. Id est. In parte Domini hæreditatis illius. Deest in textu Græco hemistichium illud: Et in plenitudine sanctorum detentio mea. Sed retinendum nobis cum vulgato, qui longè integriore, & fideliore usus est exemplari, quam quæ hodie extant. Nonnulla hinc seorsim extricanda. Primum, quid sit radicare, seu radices agere in populo

Verba extricantur: hono-

honorificatus? Secundum, quis hic populus honorificatus? Tertium, quæ pars illa Dominicæ hæreditatis signatim memoratæ? Quartum, quid sanctorum plenitudo sit, & quid in illa, detentio?

Quid sit, radices agere, seu radices cari.

Sap. 4. 3.

Isai. 40. 24.

Propriè dicitur de familia, quæ plantatur.

Ezech. 16.

Isai. 11. 10.

Cur radix David appellatur Christus.

S. Thom.

Alcazar.

Populus honorificatus, illustrisque Hebræa gens.

De Christiano populo verè sermo est.

Janfen.

1422 In primis, radicare, radicare, seu radicibus, Sap. 4. 3. ut impiorum potentia, & gloria ostendatur nihil firmitatis & roboris habere, dicitur: Spuria vitulamina non agent radices alias, neque stabile fundamentum collocabunt. Et Isai. 40. 24. Et quidem neque plantatus, neque satus, neque radicans in terra truncus eorum. Similiter Job 5. 3. & cap. 15. 29. & 18. 16. Pf. 51. 7. Secundo, radicare propriè dicitur de familia, quæ plantatur, & radix, primus generis auctor, caput, seu pater familias, appellari solet, à quo arbor, quam vocant Genealogia; ut claret ex Ezech. cap. 16. 3. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. Et Isai. 11. 10. radix Jesse nominatur Christus Dominus, & radix David Apoc. 5. 5. & cap. ult. 16. Ille quippe secundum divinitatem emet radix ipsius David, & Jesse, quia illos creavit, fovit, & aluit; licet secundum humanitatem ipsi illum ut virgam, & florem germinarint, quomodo vulgari fert oppositio. Arridet tamen summo perè, pro infra dicendis; illa S. Thomæ: Radix secundum divinitatem, ipsius David; & etiam secundum humanitatem, scilicet in quantum credebatur incarnandus, ministrabat gratiam antiquis Patribus, sicut radix ramis ministrat humorem. Et quidem argutè putat nosser Alcazar, Christum radicem Davidis appellari, & eximæ cuidam radici assimilari, quæ humi defixa in ejus visceribus detestatur, postea tamen maturo tempore germinat, & pro insita virtute, ac cælesti vi fructum producat copiosum. Qua significatur Davidis regnum cum finitum jam, convulsam, & exterminatam videbatur, ejus tamen radicem abditam latuisse, & quamvis despectam & conculcatam, fructum demum, juxta cælestem suam virtutem, uberrimum tulisse, cum summæ felicitatis arborem editissimam procreavit. Unde lux affulget dictis superius, & infra dicendis de Christo, ac Deipara ipsius in illo populo Hebræorū radices mittentibus, & posteam Ecclesia Christiana firmiter radicatis fuerunt enim tum Hebræicæ, tum Christianæ gētis auctores parètes, & præcipua capita.

1423 Deinde inquirimus; Ecquis populus ille sit honorificatus, honoratus, illustris, gloriosus, in quo Dei Sapientia dicitur radicata? Sic appellari Hebræorum gentem, multi arbitrantur: fuit enim gens illa Deo valdè honorata, & illustrata, tum generis, militiae, sapientiae, religionis, & divitiarum gloria, tum etiam Judicum, Principum, Regum, Pontificum, & Prophetarum præstantiâ, juxta fidem Abrahæ datam Genes. 12. 2. Faciam te in gentem magnam: Hebræicè, magnates, optimates. Vide Deut. 4. 6. Isai. 1. 2. & cap. 43. 3. Jere. 31. 20. Thren. 6. 2. Ezech. 16. à V. 8. & dicta à nobis superius. Fateor, hæc fatis probabiliter dici. Atcertè putaverim verius contextuque conformibus, nominari hic populum honoratum, honorificatum, illustrem, gloriosum, orthodoxam Ecclesiam ex selectis Judæis, & Gentilibus Evangelicâ luce perfusus congregatam. Favet huic existimationi Janfenius, dum ita admonet: Quæ hæcenus dicta sunt de electo Dei populo, & civitate

sancta, quamvis ad litteram pertineant ad Israeliticum populum, & civitatem Jerusalem, aliori tamen, & mystico sensu, etiam sunt intelligenda de populo Christiano, & civitate celestis Jerusalem, quæ est Ecclesia. Addo, hanc de Christiana Ecclesia interpretationem esse omnino litterariam, etsi cum intuitu aliquo ad Israeliticam Synagogam, quæ Evangelicæ Ecclesiae typus exitiit. Neque alium sensum agnoscit Abbas Fuldenfis Rabanus Maurus, qui ita: In populo honorificato dicitur in populo Christiano, qui nominis ejus insigni præconio meruit honorari, qui pars ejus, & hæreditas dicitur, quia ad sortem ejus, inter omnes nationes mundi, ipse solus pertinet. Consonant Hugo, Interlinealis, & alii.

1424 Militant etiam rationes nonnullæ. Prima; quia, ut probavimus in prævio nostro libro Ecclesiastici Exploratore, toto hoc capite 24. sermo est literarius de Christi, ac Deiparæ gloria & prælustri exaltatione. At hæc, respicendè in primis in Evangelica Ecclesia, ejus ipsi auctores fuere. Secundo, quia cum Jesus & Maria stabile domicilium, & perpetuam sedem quaererent, ubi æternum requiescerent, & eximia amoris argumenta ederent; cumque ejusmodi planè repertus non sit Hebræorum populus, Tabernaculum, & Templum, uti experientia ipsa docemur (jam enim gens illa repudiata est, & desit esse populus honoratus, & illustris, Dei requies, & pars) nullius alius populus, nisi gentis Christianæ religio imbutus; nullum aliud Templum, nisi universalis, & orthodoxa Ecclesia superest, ubi perpetuè requiescant, ubi firmiter radicentur, ubi ubertim fructificent, ubi augustè colantur. 3. Quia totius capitis acoluthia hanc sibi vindicat intelligentiam: ab eo quippe Versu 16. præviis Synagogæ umbris dissipatis, clara Evangelii lux mundo accenditur, justitiæ sole totus illuminatur orbis; resurget Christi & Deiparæ gloria in Religiosis familiis; gratissimæ famæ utriusque odor quoquo versus circumferetur, & exhalatur: & ut uno verbo dicam, nihil boni à Jesu, & Maria ad Ecclesiam derivatur, quod in subsequenter versiculis suam non habeat commendationem, uti ex dicendis clarebit. Quarto, augustiora sunt quæ ab eo v. 16. prædicantur, quam ut possint Israelitico populo ad amulsum ritè adaptari. Nam etsi in antelapsis versibus data fuerint Christo, ac Deiparæ Jacobæ gens, Tabernaculum, & Templum, ut res ibi Evangelicæ præluderent, non tamen in eo populo radices egerunt perpetuas, uti in Christiana republica; in qua firmiter radicati nobiscum erunt usque ad consummationem sæculi. Unde quamvis Hebræus populus magnus, magnificus, inclytus, illustris, imò Dei filius soleat appellari; id tamen est metaphoricè, & nomine tenus dictum: Verè enim ille quasi servus reputandus est, obscurus, & ignobilis si ejus gloria Christianæ gloriae conferatur; clamante Apostolo ad Rom. 8. 15. Non accepistis spiritum servitutis (ut Judæi) in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in qua clamamus: Abba, Pater. Vide Joannis 1. Epist. cap. 3. 1. & S. Hieronymum ad cap. 1. Isaiæ, verf. 2. Populus igitur verè honorificatus, illustris, & gloriosus, non ille Hebræus, sed Evangelicus dubio procul extat, & perpetuè extabit. Adde ex Haymone in Hom. Assumpt. Beatæ Virg. pro populo honorificato, legendum populo sancto. Sic gens Christiana sæpè nominatur à Paulo ad Roma.

Raba. Probatur rationibus.

Rom. 8. 15.